

tauit, & conquerendo poterat euadere huiusmodi crimen, quia forte habebat parentes potentes, vel ex alijs appareret, quod voluntarie consensisset, & tunc teneretur pena mortis, sed si diu non tacuit, & saepe conuicta fuit cum parentibus, & alijs, & vir erat rixosus, & potens, de quo verisimiliter poterat dubitari, & parentes, & consanguinei erant humiles, & ex alijs coniecturis poterat constare, quod non voluntarie, sed saltem metu reuerentiali passus fuit, etiam si non denunciasset, pena ordinaria non est punienda, ita tradit Foller. in comment. ad dictam pram. de sodom. numer. 25. cum multis seq. in lib. Comment. diuersi. super Pragm. fol. 111. vbi hanc quaestione late tractauit. Baiard.

Item clericus sodomita, etiam occultus, atque etiam peracta penitentia, suspensus est ab ordinis executione: & ideo interim celebrans, efficitur irregularis, tali irregularitate, quae nisi a summo Pontifice remitti non potest. Et inter Doctores receptum esse, attestatur Apostill. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 80.

Item sodomita perdit ipso iure dominium bonorum suorum, ut dicit Gl. in cap. cum secundum in verbo, natura contrarietas, de haeret. in 6. quam dicit communiter a Doctoribus approbati Berman. de concub. fol. 123. num. 27. Audini tamen, quod superioribus diebus postquam ego fui ad hoc munus praesidis a. Serenissimo Rege assumptus, Senatus declarauit non esse pro hoc crimine de iure impositam confiscationem bonorum. Et talis declaratio in hoc ducatu seruanda esset pro lege. Ego tamen credo contrariam opin. esse proculdubio de iure veriorum, & magis communem.

Item propter crimen sodomiticum separatur coniugium, ut est tex. in cap. omnes accusaciones, 23. quest. 7. & est communis opin. ut attestatur Lamber. de iure patron. in prima part. lib. 2. q. 9. art. 18. in fi. Didac. in epit. super 4. decret. fol. 132. num. 6. Innoc. autem in d. c. dicebat, quod propter Sodomiam, quam maritus cum alijs exerceret, non poterat uxor separari a thoro viri, nisi quando maritus vellet etiam uxorem ad illam trahere. Et opin. Innoc. dixit esse magis communem Floria in c. maritus, de adult. quem refert Anan. ibi nu. 3. Sed certe prima opin. est magis communis, & tenenda, si enim propter adulterium sit thori separatio, ut dixi supra hoc eo. lib. 5. adult.

praxi arbit. parte 4. numer. quart. 48. cum seq. folio 200. Baiard.

Quod propter Sodomiam. Farinac. dict. volum. 5. quest. 143. §. sodomia. numer. 83. Villalob. opin. commun. verb. matrimonium. Ros. m. Quero nunquid. Farin. d. quest. 148. numer. 46. & sequenti bus Ros. n. Et reperio etiam, quod Afflict. ] Adde, quod idem tenet Soc. iun. in consilio septimo, numero primo, volu. 3. quem refert, & sequitur Menoch. de arbitr. iud. casu 286. num. 18.

Item adde casum notabilem, in quo committens sodomiam non punitur pena mortis, vt si infamatus ab alio, quod de nocte, cum dormiret secum in lecto, commisit sodomiam, & tortus confessus esset, quod in somnis, du cogitabat accedere ad quandam mulierem, accessit ad illum tanquam ad feminam, sed non deliberate, & in fine mente, cum non cogeret de veritate aliter, quam per suam confessionem qualificatam, ita tradit Gomef. de delictis capitulo 3. num. 26. circa finem vbi dicit se euasisse quandam a pena mortis, quia ita fuerat diffamatus. Sed ego dubito quod Iudex, & Advocatus erant similes reo, qui a manibus boni Iudicis non euasisset, quia cantilenam no credidisset. Baiard.

Quod si quis affum. Farin. loco supra citato, numero 64. & 65. Ros. p. Secus est Senatus. ] Adde, quod olim Ciues Romani contra causatum de hoc crimine ex sola vehementi suspitione exegerunt; vt contra Capitolinum Romanu Marcellum filium de Sodomia attentantem, vt per haec verba locutus est Plutarcus in Marcelli vita in principio. Eius producti (inquit) cum pudorem lacrymas, & perpetuae simulacundiae pudorem iniustus animaduertent; nullo alio egentes indicio aduersus Capitolinum pronuntiare sententiam, eumque in exoluendis multauere pecunijs; Quibus argenteum vas comparatum Marcellus Deorum Ministerio dicauit. Nec erat ad mortem punibile tale crimen nephandum; Adeo quod de tali stupro conquerente Paulania versus Attalium coram Philippo Magni

Et reperio etiam, quod Afflict. super 3. par. constitutionu Regni, in d. rubr. 43. in princ. post numer. 15. dicit vidisse, o quod si quis actum non consumisset, quia scilicet in ipsas partes pudendas membrum no imposuisset, sed tantum extra eas se polluisset, non deberet puniri pena mortis, sed alia extraordinaria: scens autem si membrum imposuisset, licet intus semen non emisisset. Et ita in facti contingentia iudicauit Senatus in causa cuiusdam Ioseph Canalis, quem tantummodo virginis cadi iussit 10. Feb. 1545. P. N. Grammat. super constit. Regni, fol. 108. in capit. legum asperitatem, reprehendit Afflict. in loco praallegat. & dicit, quod pro nunc sileat. quia cum reuerentia errauit, licet senex: Tu tamen in practica non recedas ab opin. Afflict. quae mitior est, quam, vt dixi, p. secutus est Senatus.

capitolinum pronuntiare sententiam, eumque in exoluendis multauere pecunijs; Quibus argenteum vas comparatum Marcellus Deorum Ministerio dicauit. Nec erat ad mortem punibile tale crimen nephandum; Adeo quod de tali stupro conquerente Paulania versus Attalium coram Philippo Magni

Magni Alexandri Patre, sic refert Iustinus Histor. lib. 9. cum varijs frustrationib. non sine risu differretur, iram in ipsum Philippum vertit. Et de L. Papyrio legitur, qui attentante pudicitiam (crudeli quidem modo) C. Publij eius debitoris pecuniam creditae, bona debitoris, non corpus obnoxium cautumque in posterum ne veckerentur; Hac L. ius lib. 9. dec. 1. & infimilem pecuniarum penam aliquando puniui Rot. Dec. 90. sub num. 3. Hoc autem crimen ad poenam sanguinis puniuit de iure canonico; vt per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 386. in princip. licet regulariter ius Canonicum talem poenam non imponat; per cap. sententiam sanguinis exti. de cler. vel mon. & dixi infra ad q. 70. vers. poena, & in §. fi. q. 1.

S. STVPRVM.

SVM MARIA. Ex Claro.

- 1 Stuprum pluribus modis committitur.
2 Stuprum an probetur per testes domesticos.
3 Stupri pena que sit.
4 Et quid si stuprator dicat puellam non fuisse virginem.
5 Vidua committens stuprum an perdat dotem.
6 Pene imposita viduis nubentibus intra annum luctus locum habet contra viduas intra illud tempus stuprum committentes.
7 Vidua inhoneste viuentes, non gaudent privilegij viduaru. Et an amittant domicilium mariti, ibid.
8 Passillus committens stuprum cum vidua domini sui priuatur feudo.
9 Destorans virginem nondum viri potentem, qua pena sit puniendus.

Ex Additionibus.

- 1 Stuprum quid sit.
2 Stupri, vel alia pena an teneatur rem habens cum ancilla.
3 Et quid si carnaliter cognoscat ancillam suam.
4 Stuprum non committit, qui ignoranter coit cum Moniali.
5 Stuprum quomodo probetur. Et quando in eo si locus torture, num. eod.
6 Et non creditur mulieri asserenti se fuisse tentatam de stupro nec matricis, etiam si cum ea maritus de violentia testaretur.
7 Et mulier de violentia non probat, si copula carnalis sit secuta.
8 Et violata mulieris vociferatio facit indicium.
9 Et an in flagranti reperti excusetur de stupro, si antea se matrimonium contraxisse dicant.
10 Stupri pena que sit. Stupri cuius scilicet commissi pena in Reg. Neap. remiss. nu. eod.
11 Mulier si fiat pregnans, an praesumatur violentata.
12 Stupra duo committens, vilis persona ultimo supplicio plectitur.
13 Stupri pena que sit in muliere.
14 Adulterij pena pecuniaria a statuto imposita non comprehendit puellam, vel viduam patientem se stuprari.
15 Stupri non violenti poenam euitandi cautela.
16 Stuprum non tollitur, si postea mulier stuprata efficiatur meretrix.
17 Stuprata qualiter sit dotanda.
18 Stupras tutor pupillam deportatur, eiusque bona publicatur.
19 Stuprata an possit stuprari dotem remittere.
20 Stupri pena a iure imposita non tollitur ex alia diuersa statuti.

Cui conclusioni addere libet verum esse, quod religiosa per se non procedit vbi non opponatur; Aret. consil. 58. coll. 3. quem refert Herculanius tract. de Neg. sub. num. 283. & ad dictum Capitulum sententiam sanguinis Adde dictum Fel. in capitul. si quis. coll. secund. ante med. de maior. & obed. quam clericus respondens non super facto, sed super iure etiam in causa criminali non efficitur irregularis, quod non. Drogh. Secutus est Senatus ] Et Socin. consilio 7. libro tertio, Afflict. constituit. asperitatem, titulo de adult. & lenoc. num. 12. Giach.

- 21 Stuprata non debet tradi custodienda consanguineis, aut matris absque fideiussione.
22 Stupri pena tollitur matrimonio, non autem pena dotandi.
23 Stuprum post 25. annum puella committens non punitur.
24 Stuprata an sit dauda dos antequam nubat.
25 Dispositio cap. 1. & 2. de adult. an seruatur in Regno Neap.
26 Stuprata honestas na sit probanda.
27 Et inhonestas probatur per complices delicti.
28 Stuprata non violenter, vel pretio conuento amittit ius petenda dotis. Et eo casu iniuriarum actione competit patri aestimatio damni. num. eod.
29 Mulieris inhonestas probatur per testes singulares, & reddit stuprum impubibile.
30 Stupri preparatoria tentans qua pena teneatur, remissiuè.
31 Stuprum quomodo purgetur.
32 Concubinitas an probatur per disparitatem personarum, & longam cohabitationem, remissiuè.
33 Schalis ascendens noctu domum mulieris, qua pena sit plectendus.
34 Stuprans viduam, cum qua matrimonium esse non posset, deportatur.
35 Et eadem pena punitur vidua.
36 Stuprum quando dicatur violentum, & pena capitis mulietur.
37 Et quid in prosternente virg nem in terram, vt eam carnaliter cognoscat.
38 Stuprum an dicatur violentum propter blanda verba, & allectamenta.
39 Violentia non dicitur probata, si Titius per vim mulierem cognouisse probatur. Stupri voluntarij pena; num. eod.
40 Mulieri asserenti se vim passam, vel stupratam, aut tentatam de stupro, non creditur. Violentia non dicitur, vbi non interuenit resistentia. nu. od.
41 Mulieri asserenti se destoratam an credatur.
42 Virginitas an praesumatur in stupro, an debeat allegari ab ipsa muliere.
43 Vidua an propter stuprum amittat dotem, aut legatum sibi a marito relictum. Et an minores restituantur ad opponendum huiusmodi exceptionem. num. eod.
44 Vidua ob adulterium viuentem, & ignorante viro commissum priuatur legato.
45 Stuprans virginem nondum viripotentem qua pena afficitur.
46 Virginem nondum viripotentem in uxorem ducens an sit puniendus, si nixus est eam carnaliter cognoscere, & nu. 47. Tortura quando habeat locum in crimine stupri sub numero 5.



